

**Gratulatoria, Viris ... Dn. Lucae Hagemeistero, Senatori Reip. Gustroviensis
meritissimo, Et ... Dn. Michaeli Hagemeistero, Fratribus, secundum Sponsis,
Foedere matrimoniali, auspicante divina gratia, sibi XXIV. Sept. Anno 1639.
associantibus ... Virgines Illi Magdalenum Elisabetham, Huic vero Margaretam,
Sorores, Filias vero Viri ... Dn. Joachimi Crugeri, Aulae Megapolitanae
Illustrissimae, quae est Gustrovi, Capitanei dignissimi**

Gustrovii: Venatorius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777517043>

Druck Freier  Zugang



GRATULATORIA,

VIRIS,

Prudentia, Doctrina, Virtute, ac Dignitate
Spectabilissimo,

DN. LUCÆ HAGEMEISTE-

RO, Senatori Reip. GUSTROVIEN-
sis meritissimo,

Et

Amplissimo, Excellentissimo, & Clarissimo,

DN. MICHAELI HAGEMEI-

STERO, Fratribus,

secundum SPONSIS,

Fœdere matrimoniali, auspicante divinâ gratiâ, sibi

xxiv. Sept. Anno 1639. associantibus

Letissimas, Moratisimas, & Pudicissimas Virgines

Illi MAGDALENAM ELI-

SABETHAM,

Huicverò MARGARETAM,

Sorores,

FILIAS verò

Viri Eminentissimi, Amplissimi, & Clarissimi,

DN. JOACHIMI CRUGERI,


Aulæ MEGAPOLITANÆ Illustrissimæ, qvæ est

GUSTROVI, Capitanei dignissimi.

Scripta ab Amicis.

GUSTROVII exscripta Typis VENATORIIS, Anno 1639.

91.



Dn. LUCAE HAGEMEISTERO.



*Vi semel ad cautes malè fidus Naufragus actus
Turbine ventorum puppim collisit in undis
Aqvoreis, lusus pelagi, mox dejerat : undis
Si semel erepto contingere littora detur,
Non me sors eadem freta puppi vindere cernet
Post iterum curvâ, non si vel mille talenta
Expect anda mibi prolucre, tanti ego quippe
Non coëmam, quorum me possiet indè pigere.
Mox ut nimboſo ſlatu defauit Auster,
Et redeunt Zephyri gratâ vice, tempore Veris,
Ille mari dat vela iterum, laxatq; rudentes,
Non meminens, quod hyems atrox, quod ſavus & Auster
Principitem in liquidas ſemet turbaverit undas.
Sic navifragium cum Lex tibi CONIUGE demptâ
Clare minaretur LUCA FATALIS ; obortus
Qui dolor euge tibi circa præcordia ? luctus
Ivit hic in dulces lacrumas, pia signa mariti.
Sed cujus nutu tua Navis in aqvore pridem
Fracta fuit ; nutu tabulae tibi Clare leguntur
Eiusdem LUCA. Nam postis fletibus amplio
Cum plausu das vela rati, Zephyrosq; secundos
Indeptus cursu felici ad littora tendis,
Littora, ubi selecta tibi data NYMPHA tuum cor
Tristatum navifragio dulcedine mirâ
Mulcebit, motusq; novos in corde ciebit.*

A 2

Gratulor

*Gratulor ergo tibi, Vir prudentissime, SPONSE,
SPONSE, tuum quod NYMPHA torum selecta subintrat.
Grator MAGDALIDI fortunatissimæ ELISÆ,
Tibui Sponso, SPONSE, quod nuptam contigit esse
Natu alma TRIADIS. Navem reget illa jugalem
NUMINE flante SACRO. Sic abdita nulla carinam.
Naufragium minitans, rupes collidere vostram
Audebit. Procul a fugient quoq; monstra malorum,
Vita erit unanimis; fugiet discordia, lites
Damnosas pariens. HAGMEISTERIANA PROPAGES
CRUGERIÆ SOBOLI lentè implantata, viriles
Producens fructus, florebit honore perenni.
Corditus hac utriq; precor. Te SPONSOR & OBSES
Conjugii rogo, des optatis pondera votis.*

Dn. MICHAELI HAGEMEISTERO,
J. U. D.



*On Bruma asperitas semper riget, utile frondis
Ver viridi nemorum succedit, & utile sylvis.
Nec mœror semper pia pectora tangit, & angit,
Sol abigit pluvias, miscentur tristia latit.
Sternithumi DÖminus, demittit corpora leto,
Et facit, ut leto se mortuus efferat atro.
Conturbat DÖminus, sed pectora mœsta vicissim
Erigit, atq; levat dulcis solamine verbi.
Mittere sœpè suos DÖminus conservavit ad Orcum,
Sed sibi confisos certâ spe retrahit inde.
Et te turbatum Vir Consultissime, mense
Quod memini factum, qui à tempore dictus aperto
Septimâ abhinc æstate, DEUS jam recreat idem.
Nec*

Nec dubium est, temet JOVÆ sensisse flagella
Tum, cum falce tibi dilectam EMERENTIAM inique
Mors lateri demptam lavo demessuit. Et quis
Tam durus fido lacrumas neget usq; Marito
In chara fatis Costæ; nisi cautibus ortus
Caucaseis seva fera suxerit ubera tigris?
Sed tua nunc iterum dulci præcordia sensu
Exultent! En, NYMPHA tibi pia, pulcra, pudica
MARGARIS, eximio JOACHIMI sanguine creta
CRUGERI, duce quo regitur GUSTROVIDIS aula,
Ducitur, & sacri sociatur glutine verbi.
Unica sic tibi lux pensat, dura, aspera quondam
Visa tibi. Bonus ille DEUS mutare suavit
Tristia sic latit. Thalamo fuget ille rogatus
Vestro infesta procùl. Pereant, qui semina litio
Vos inter spargent: Celestis at aura favoris
Arctè circumdet vostrum thalamumq; domumq;
Sit Vobis Soboles, voltu pulchella Parentem,
Ingeniig; Patrem referat que dotibus. Usq;
Nil desit vobis; sit abundans copia rerum,
Et post fata Poli latissima gaudia summi.
Hic cesso. DEUS o nostraris da pondera votis!

Congratulationis & observantiae
ergo sic applaudebat

M. GEORGIUS SCHEDIUS,
Sch. Gustrov. Rector.

Binos orbis habet qui torquent tela magistros,
Ante pares, dextrâ sedulitate pares.
Ausu qui simili supra Regum
Invadunt, humiles ruricoleq; casas.
Verum diversam nimium contingere metam
Gaudent, effectus dissimilesq; gerunt.
Illi pro lubitu jaculis terrestre theatrum
Complent, si queras nomina? MORS & AMOR.
Hi prædam si quando petunt sua spicula vibrant,
Spicula quævis quævis præda petita cadit.
At gelida scopus est mortis contundere gentem
Mundanam, actetro corda pavore quatit.
Non ita dulcis AMOR, potius tenditq; foveatq;
Prole beare toros, prosperitate domos.
Ergo catervatim tenerum comitantur Amorem
Gaudia, quæ mentes exhilarare valent.
His jaculis Domini clari JURISQ; PERITI
Quantum sit robur pectora vestra scient.
Quippe sagittando transfixit MORS fera COSTAS,
Vulnus quæ VOBIS triste sagitta dedit.
Sed longum valeant posthac ea spicula, mentes
Qui misero luctu discruciare solent.

Ecce

*Ecce pharetratus prodit puer, atq; sagittas
Vibrando rursum pectora vestra ferit..
O fauste! nec enim pariunt hac tela dolorem,
Latitiae potius profuit inde phalanx.
Ipse etenim satagit thalamos recreare venustis
Floribus, & largâ fundere dona manu:
Exoptate puer propera, CLARISQ; MARITIS
Offer divisorum munera, abito cito!
Nos alii crebro fundemus vota: Secundes
Fædera lectorum Magne MONARCHA poli.*

Qvod modulabatur

A N D R E A S Bötticher.

*W*leich wie der Grosse HERR/der GOTTE so hoch her-
schwebet/
*F*ür welches Macht die Lufft/ Feuer/ Erd vnd Wasser
bebet/
Bald schaffet grawsam Donn'r/bald Hagel/ Schlossen/
Schneel/
Bald dicker Regen fleust als grosse WasserSee.
Der kalte Boreas weiss scharff daher zu sausen/
Dass man erstarren mocht für seinem rauhen brausen/
Sein' herbe Kälte machet/dass Wasser muß bestahn
So hart/doß man darauff stehn/ gehn/ vnd fahren kan.
Hinwider Zephyrus des harten Eises Fräßer
Macht die Eisschollen weich/vnd bringet groß Gewässer/
A iiiij Wann

Wann die hellgoldne Sonn vom blauen Himmelshauß
Dieselben siessend mache/vnd ihre Erquickung auf/
Die alle Welt erfreut. Also pflegt auch zun zeiten
Der wunderbare G Oett vns seinen Lehenleuten
Anwesen lassen den sawr-herben Creuzes-Wind/
Wie wir nun/Gott sich'drein! fast drin erfrohren sind!
Der Himmel hat gezörnt/das Feuer hat vns verzehret/
Die Lüfft hat Pest geheckt/Mars hat das Land verheeret/
Im Hause hat der Todt zur Widwen vns gemacht/
Ein jeder seine Noht besuuffzet Tag vnd Nacht!
Doch aber wenn schon Heut ein Unglück's-Regen geusset/
Dass gleichsam über vns ein tieffes Angst-Meer flusset:
Muss Morgen wiederumb die freudigmachend Sonn'
Eins lieblichen Gelucks vns bringen Freyd' vnd Wonn'.
Ihr hochgeehrte Herrn/nachdem auch Ihr erfahren
Fast diese Plagen all' in jüngstverwichnen Jahren/
Euch muss an diesem Tag ein rechter Frewdenschein
Ergetzen so/ daß ihr nichts könt als frölich seyn!
Ihr dieser Stadt Patron in ewrem grauen Haare/
Herr Clev' no/ müsset heut an dem zweyfachen Paare/
Die Amor copuliri/ für grosser Freudigkeit
Jung werden/ vnd hinforn vergessen alles Leid.
Wie könnte grosser Freyd' Euch ewer Herz erheben?
Wie könnte süssern Trost Gott Ewrem Alter geben
Als eben den/ daß Ihr bishher nur Kindes Kind
Mit höchster Lust geschawt? Bald jene Zeit sich find/
Das Kindes Kindes Kind Ihr auff die Arm solt fassen/
Das wird/ O G Oett gib Glück! in keiner sorg' Euch lassen:
Das ist es/welches Gott vnen verheissen hat/
So stets in seiner Furcht groß achten seinen Raht.

Wit

Wie groß ist Eure Freyd' / Herr Hauptmann / Eure Ehre
Vnd Euch Frau Crügerin / wie kont wol immer mehre
Ein Tag von grösser Ehre / ein freudenreicher Tag
Anbrechen / Nichts so gar Euch heut einnehmen magt
So Euch betrüben solt! Heut zwiesach-grosse Thaten
Ihr habt ins Werk gesetz / heut habt sehr wol berahten
Ihr Ewer Töchter zweo. O grosse Glücklichkeit!
Die Schrift es selber rühmt / O süß Ergezlichkeit!
Was soll man gnugsam bagn von Ewiger Freyd' vnd Ruhme!
Ihr Herren Bräntigams / Ihr kriegt zum Eigenthume
Nicht Silber nur vnd Gold / nicht Perlen nur vnd Stein
(O was wer das geacht?) Ein jeglicher die Sein
Jetzt zu sich nehmen wird / die Ihm Cythera schencket
Vnd die auf Lieb' Er selbst tieff in sein Herz gesencket:
Dieso der Eltern Lust / ein Spiegel junger Leut
Des Jungfrau-Wolkes Zier! O eine seite Deut
Cupidons scharffer Pfeil' Euch beyden hat er jaget
So vnter allen Euch auffs allerbest behaget.
Kompts nun / Herr Luca / daß der schweren Policey
Vielfältig Sorgsambkeit gebracht Melancholey;
So hat Ihr gduppelt Nahm' Euch ein Recept erkohren/
Der erste heist ein Thurn / der ander: Gott geschwohren.
Ergreiffet denn den Euch von Gott geschwohrnen

Thurn

Ewr liebstn Magdal'en Elisabeth erkohrn.
O Ihr der Musen Zier vnd Lust der Charitinnen
Herr Michael / Themis Ruhm / Wenn irgend ewre Sinnen
Verschwächet werden vom Clienten überlauff/
Ewr Lebendige Perl' alßdann Euch richtet auff.
Wie kompts / daß ich so weit / Viel Tugentreich Jungfrauen/
Euch hab zu rück gesetzt / Ich konte nicht getrauen!

Das ich erreichen kōn' Ewr Freude/Wonn' vnd Ehr/
Die wachsen wird von Tag zu Tag/ je mehr vnd mehr;
Weil Ewre liebsten Schätz auch so heiß angezündet
Von Ewre keuschen Lieb/daz sie sonst nichts bindet
Auff in ganzen Erdenleib/ als Eworer Liebe Brust;
Der vnaufflößlich Band/die Ketten Eworer Gunst
Sie steiff gebunden han. Dis machen ihre Flammen
Gedoppelt/das so sonst gar selten ist besammen/
Ein Leib vnd Geist an Zier vnd Tugenden gleich reich/
Bey Euch ist schöner Schmuck / vnd Keusche Zucht
zugleich.

So seyd doch nun bereit/ergebet Ewre Sinnen
Magd'len' vnd Margareth/ Ihr beyde Crügerinnen/
Gebt endlich zu geniessn der süßen Liebe Frucht/
Das iſſt/das jedes Herz allein so sehnlich sucht.
So wil nun dieser Tag die Fremdenreichen Stunden/
Daz keine Trawigkeit/kein Zwiespalt werde funden/
Eris sey weggejagt. Die ganze Blutfreundschaft/
Wie groß dieselbe ist/die ganze Schwägerschafft
Heut überlustig ist. Heut müssen Geigen/ Flöten/
Pandor vnd Dulcian/vnd das was pflegt zu tödten
Die schwarze Trawigkeit/ geschenket werden ein.
Das ganze Hochzeitshaus kann nichts als lustig seyn.
Du aber/Grosser GOTTE/ geuß all' Ersprichtlichkeiten
Auff diſ gedoppelt Paar/daz zu bestimbien Zeiten
Die Fama russen muß/ daß diſ gedoppelt Paar
Sich beyderseits vermehrt; Solchs werde doppelt
wahr.

Wie es wünschet
ANDREAS Metzmaker/
Meg. SS. Theol. Sc.

Plenâ

PLENÂ alii pharetrâ depromant carmina:
binis

Ast egomet Sponsis disticha bina dabo.

Optant qvodq; alii tercentum vocibus, opto
Ternis. Sit vobis VITA, SALUS, SOBOLES.

JOHAN-MELCHIOR RHÖTLIN,
Philos. Stud.

AQuor quot pisces, cælum quot sydera vol-
vit,

Terrave quot flores, florida sylva feras.

Horas tot faustas, tot gaudia leta novellis

Nuptis, exoptat pectore Musa mea.

Vivite felices, nexus vos vinciat arcto

Suavis amor, natis tecta repleta sient..

Hæc gratulab. adjecit

JOHANNES EMMEN,
LL. Stud.





PLENÀ alii pharetrà depron
bin

Ast egomet Sponsis disticha
Optant qvodq; alii tercentum
Ternis. Sit vobis VITA, SAL

JOHAN-MELC

AQuor quot pisces, cælum

Terrave quot flores, florida
Horas tot faustas, tot gaudia leta
Nuptis, exoptat pectore Musa
Vivite felices, nexus vos vinciat a
Suavis amor, natis tecta rep

Hæc
JOHAN



the scale towards document

mina:
o.
opto
DLES.
STLIN,
ravol.
s.

it

MEN,

292

Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Patch Reference numbers on UTT

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

mm Inch